



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina**

**Pirhing, Ehrenreich**

**Dilingæ, 1690**

§. VIII. Quis possit dare facultatem non residendi, sive ab Ecclesia, aut loco beneficii discedendi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

§. IX.

Quomodo intelligendum sit juramentum prestitum de continua, aut perpetua residentia?

Deciditur hæc quæstio in c. Ex parte 13. h. r. ubi dicitur licitè eum abesse ab Ecclesia sua posse, qui juravit reside- re se semper in Ecclesia sua velle, si non in fraudem, sed ad jura Ecclesiæ suæ defendenda v. g. postmodum abesse debet, cum hic talis pro residente haberi de- beat, ut ait Pontifex in relat. c. & jura- mentum secundùm limites materiæ sub- jectæ, & juris communis intelligi debeat, ( nisi speciali statuto juri communi adda- tur aliquid ) cum ergo jus ob plures cau- sas absentiam permittat illis, qui resi- dere tenentur, consequenter in ordine ad talem absentiam juramentum non obstat.

§. X.

Qua pœna jure antiquo Canonico decreta sint in beneficiarios non residentes?

Plures diversas pœnas statuit anti- quum jus Canonicum in diversis Ca- pitulis hujus Tituli, quia tamen hodie circa pœnas tales plerùmque Tridenti- num observatur; si tamen quoad pœnas in aliquo loco Tridentinum receptum sit; hinc apud Auctorem Method. tam hoc §. de pœnis juris antiqui, quàm se- quenti §. II. de pœnis à Tridentino sta- tutis, plurima legi possunt. Uti & quæ §. 12. ait de transitu Episcopi ad alium Episcopatum, aut Clerici ad aliam Dice- cesin, de quibus materiis alibi agitur.

Hhh 3 SECTIO

Dubitatur tertio, de aliis quibusdam causis, an non pro concedenda absentia sufficientes sint. R. Determinari in specie omnes non posse, sed in casu contingente, iudicio ordinarii determinan- dum esse, quorum iudicio causarum talium cognitio, spectatis variis circum- stantiis, permittitur.

§. VIII.

Quis possit dare facultatem non re- sidentis, sive ab Ecclesia, aut loco beneficii discedendi?

In genere ad hanc quæstionem responde- ri potest, eum posse dare non residen- di licentiam, qui residendi necessitatem imponit ( ejusdem enim est solvere, cuius est ligare ) & hinc, quantum à jure Canonico obligantur aliqui ad residen- dum, à solo Papa, qui potestatem habet supra jus Canonicum, ab obligatione re- sidentis, etiam sine alia causa validè ab- solvi possunt, & ab Episcopis, aut aliis si- milibus Prælati ordinariæ jurisdic- tionem habentibus, in quantum à Pontifi- ce ex justa causa dispensandi facultatem cum Clericis sibi subiectis habent; si verò à Synodali statuto obligentur aliqui ad personalem residentiam, cum illis ex causa justa dispensare poterit ad non resi- dendum Episcopus, cui talium statuto- rum Synodali obligatio, aut solutio subest, vel Capitulum Cathedralè, va- cante Sede. Imò si residendi necessita- tem imposuit Capitulum, potest hoc ipsum etiam in tali obligatione dispensa- re, vivente etiam Episcopo.

¶ (o) 56